

ibei terminus stat. Inde sursum iugo recto in montem Ioventionem¹⁵; ibi terminus | (18) stat. Inde sursum iugo recto in montem Apeninum, quei vocatur Boplo; ibei terminus stat. Inde Apeninum iugo recto | (19) in montem Tuledonem; ibei terminus stat. Inde deorsum iugo recto in flovium Veraglascam in montem Berigiemam | (20) infuso; ibi terminus stat. Inde sursum iugo recto in montem Prenicum; ibi terminus stat. Inde dorsum iugo recto in | (21) flovium Tulelascam; ibi terminus stat. Inde sursum iugo recto Blustiemelo in montem Claxelum; ibi terminus stat. Inde | (22) deorsum in fontem Lebriemelum; ibi terminus stat. Inde recto rivo Eniseca in flovium Porcoberam; ibi terminus stat. | (23) Inde deorsum in floviom Porcoberam, ubei conflovont flovi Edus et Porcobera; ibi terminus stat. — Quem agrum poplicum | (24) iudicamus esse, eum agrum castelanos Langenses Veiturios¹⁶ po[s]idere fruique videtur oportere. Pro eo agro vectigal Langenses | (25) Veituris¹⁷ in poplicum Genuam dent in anos singulos vic. n. CCCC¹⁸. Sei Langenses eam pequniam non dabunt neque satis | (26) facient arbitratuu Genuatium, quod per Genuenses mo[r]a non fiat, quo setius eam pequniam acipient: tum quod in eo agro | (27) natum erit frumenti partem vicensumam, vini partem sextam Langenses in poplicum Genuam dare debento | (28) in annos singulos. — Quei intra eos fineis agrum posedet Genuas aut Viturius, quei eorum posedet k. Sextil. L. Caecilio | (29) Q. Muucio cos., eos ita posidere colereque liceat. Eus¹⁹, quei posidebunt, vectigal Langensibus pro portione dent ita uti ceteri | (30) Langenses, qui eorum in eo agro agrum posidebunt fruenturque. Praeter ea in eo agro n quis posideto nisi de maiore parte | (31) Langensium Veituriorum sententia, dum ne alium intro mitat nisi Genuatem aut Veitrium colendi causa. Quei eorum | (32) de maiore parte²⁰ Langensium Veitrium sententia ita non parebit²¹, is eum agrum nei habeto nive fruimino. — Quei | (33) ager compascuos erit, in eo agro quo minus pecus [p]ascere Genuates Veituriosque liceat ita utei in cetero agro | (34) Genuati compascuo, n quis prohibeto, nive quis vim facito, neive prohibeto quo minus ex eo agro ligna materiamque | (35) sumant utanturque. — Vectigal anni primi k. Ianuaris secundis Veturis Langenses in poplicum Genuam dare | (36) debento. Quod ante k. Ianuar. primas Langenses fructi sunt eruntque, vectigal invitei dare nei debento. — | (37) Prata quae fuerunt proxima faenisicei L. Caecilio Q. Muucio cos. in agro poplico, quem Vituries Langenses | (38) posident et quem Odiates et quem Dectunines et quem Cavaturineis et quem Mentovines posident, ea prata, | (39) invitatis Langensibus et Odiatibus et Dectuninebus et Cavaturines et Mentovines²², quem quisque eorum agrum | (40) posidebit, inviteis eis n quis sicet nive pascat nive fruatur. Sei Langueses aut Odiates aut Dectunines aut Cavaturines | (41) aut Mentovines malent in eo agro alia prata inmittere defendere